

Latein-Deutsch

1. Wiederholen Sie: Hannibal – Perseus und Aemilius Paullus
2. Informieren Sie sich über **Scipio Africanus maior und Scipio Africanus minor**. In welchem Verwandtschaftsverhältnis stehen die beiden zueinander? Welcher von beiden hat wann Hannibal besiegt, welcher hat wann Karthago zerstört?
3. Informieren Sie sich über Valerius Maximus und sein Werk.
4. Übersetzen Sie langsam und konzentriert. Prägen Sie sich alle Vokabeln ein.

Sed quid mirum, si debitus honos a ciuibus Metello tributus est, quem superiori Africano etiam hostis praestare non dubitauit? si quidem rex Antiochus bello, quod cum Romanis gerebat, filium eius a militibus suis interceptum honoratissime excepit regiisque muneribus donatum ultro et celeriter patri remisit, quamquam ab eo tum maxime finibus imperii pellebatur. sed et rex et laccessitus maiestatem excellentissimi uiri uenerari quam dolorem suum ulcisci maluit.

Ad eundem Africanum in Liternina uilla se continentem conplures praedonum duces uidendum eodem tempore forte confluerunt. quos cum ad uim faciendam uenire existimasset, praesidium domesticorum in tecto conlocauit eratque in his repellendis et animo et apparatu occupatus. quod ut praedones animaduerterunt, dimissis militibus abiectisque armis ianuae adpropinquant et clara uoce nuntiant Scipioni non uitae eius hostes, sed uirtutis admiratores uenisse conspectum et congressum tanti uiri quasi caeleste aliquod beneficium expetentes: proinde securum se ++ spectandum praebere ne grauetur. haec postquam domestici Scipioni rettulerunt, fores reserari eosque intromitti iussit. qui postes ianuae tamquam aliquam religiosissimam aram sanctumque templum uenerati cupide Scipionis dexteram adprehenderunt ac diu osculati positis ante uestibulum donis, quae deorum immortalium numini consecrari solent, laeti, quod Scipionem uidisse contigisset, ad ++ lares reuerterunt. quid hoc fructu maiestatis excelsius, quid etiam iucundius? hostis iram admiratione sui placauit, spectaculo praesentiae suae latronum gestientis oculos uidit. delapsa caelo sidera hominibus si se offerant, uenerationis amplius non recipient.

[...] [...]

Africani quoque posterioris humanitas speciose lateque patuit: expugnata enim Karthagine circa ciuitates Siciliae litteras misit, ut ornamenta templorum suorum a Poenis rapta per legatos recuperarent inque pristinis sedibus reponenda curarent. beneficium dis pariter atque hominibus acceptum!

Huic facto par eiusdem uiri ++ humanitas. a quaestore suo hastae subiectos captiuos uendente puer eximiae formae et liberalis habitus missus est. de quo cum explorasset Numidam esse, orbem relictum a patre, educatum apud auunculum Masinissam, eo ignorante inmataram aduersus Romanos ingressum militiam, et errori illius ueniam dandam et amicitiae regis fidissimi populo Romano debitam uenerationem tribuendam existimauit. itaque puerum anulo fibulaque aurea et tunica laticlauiata Hispanoque sagulo et ornato equo donatum datis, qui eum prosequerentur equitibus ad Masinissam misit, eos uictoriae maximos fructus ratus, dis ornamenta, hominibus sanguinem suum restituere.

Deutsch-Latein

1. Wiederholen Sie die Phrasen / Konstruktionen, die Sie in den letzten beiden Wochen herausgeschrieben haben.

2. Wiederholen Sie:

Fragen (-ne, num, nonne ...), direkte und indirekte Fragen

Abl. Abs. (mit welchen Verben kann man einen Abl. Abs. bilden?)

Modus im Relativsatz

3. Weiter in Curios Rede (wiederholen Sie unbedingt den Zusammenhang)

Desertos enim se ac proditos a uobis dicunt et prioris sacramenti mentionem faciunt. Vosne uero L. Domitium, an uos Domitius deseruit? Nonne extremam pati fortunam paratos proiecit ille? nonne sibi clam salutem fuga petiuit? nonne proditi per illum Caesaris beneficio estis conservati? Sacramento quidem uos tenere qui potuit, cum proiectis fascibus et deposito imperio privatus et captus ipse in alienam uenisset potestatem? Relinquitur noua religio, ut eo neglecto sacramento, quo tenemini, respiciatis illud, quod deditioe ducis et capitis deminutione sublatum est. At, credo, si Caesarem probatis, in me offenditis. Qui de meis in uos meritis praedicaturus non sum, quae sunt adhuc et mea uoluntate et uestra exspectatione leuiores; sed tamen sui laboris milites semper eventu belli praemia petiverunt, qui qualis sit futurus, ne uos quidem dubitatis: diligentiam quidem nostram aut, quem ad finem adhuc res processit, fortunam cur praeteream?

4. Prägen Sie sich die Phrasen und Konstruktionen ein.